



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De presbyteris vt hospitales sint. clxvi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**



qui voluerit panem cum charitate in domo fratris sui simul cum fratribus frangat, & singuli singulos bibere faciant, maxime ut ultra tertiam vicem poculum non contingant, & sic ad Ecclesias redeant.

*Ne clerici, nec non viri religiosi, ante horam tertiam ineant conuiuia.* Cap. CLXV.

**N**on oportet clericos vel laicos religiosos ante sacra horam diei tertiam inire conuiuia, neque aliquando clericos nisi hymno dicto edere panem, & post cibum gratias autori Deo referre.

*Ex cōcil. Cartha. cap. 12.*

*De presbyteris ut hospitales sint.* Cap. CLXVI.

**V**t curam hospitem, maxime pauperum atque debili-  
lium orphanorum quoque atque peregrinorum habeat presbyter, hosque ad prandium suum quotidie iuxta possibilitatem conuocet, eisque hospitium tribuant.

*Ex cōcil. Hānetē. cap. 3.*

*De eadem re.* Cap. CLXVII.

**V**t autem omnis occasio rapinae tollatur, volumus ut presbyteri qui bonum exemplum charitatis omnibus extendere debent, hospitales existant, iuxta dominicum & apostolicum praeceptum, & humanitatem praebeant iter facientibus, quia per hospitalitatem placuerunt quidam Deo, angelis hospitio receptis. Et dominus in die iudicij dicūrus est electis: Hospes fui, & suscepistis me. Et Iob dicit: Ostium meum semper viatori patuit.

*Ex eodē cap. 5.*

*Ut presbyteri plebes suas ut hospitales sint admoneant* Cap. CLXVIII.

**P**lacuit ut presbyteri plebes suas admoneant, ut ipsi hospitales sint, & nulli iter faciēti mansionē denegent, & ut omnis occasio rapinae tollatur, nihil carius vendant trāseuntibus, nisi quāto in mercato vēdere possint. Quod si carius vēdere voluerint ad presbyterum trāseuntes hoc referant, & illius iussu cum humanitate eis vendant.

*Ex cōcil. apud Aruernas.*

*Ut cibus sacerdotum semper lectio diuina miscetur.*

Caput CLXIX.

**P**ro reuerentia Dei & sacerdotum id vniuersa sancta synodus statuit, ut, quia solent crebro mensis ocio-  
sa fabulae interponi, in omni sacerdotali conuiuio lectio

*Ex concil. Africa- no. cap. 6.*